	Sono sonas prima / & sono sonis tertia coniugatione / declinari potest / testibus	Sono
Marcellus	Marcello / & Prisciano. A primæ coniugationis uerbo / formatur præteritum	
Priscianus	sonauit: supinum sonatum. A tertiæ autem / fit præteritum soni: supinum sonitum.	
Ennius	Ennius libro annalium quarto. Litora lata sonunt. Lucretius libro tertio.	
Lucretius	Caligare oculos / sonere aures / succidere artus. Marcus Manilius libro quinto.	
Manilius	Aura per extremas resonauit flebile rupes. Horatius sermone quarto.	
Horatius	Magna sonaturum des nominis huius honorem.	
Marcellus	Sonitus huius sonitus / uel soniti / declinari potest / teste Marcello. Pacuuius in Do	Sonitus
Pacuuius	loreste. Quidnam autem hoc soniti est / quod fori stridunt? Sic sonus huius sonus /	Sonus
Marcellus	uel soni / declinari potest / teste eodem Marcello / Sisennam inducente dicentem	Sonor
Sisenna	libro historiarum tertio. Postquam sonu signorum / prælium magno cum clamore	
	uirorum commissum est. Comperitur etiam hic sonor pro sono / uel sonitu /	
Virgilius	Virgilius. magno ueluti quom flama sonore Virgea suggeritur costis unda	Supum
Lucretius	tis aheni. Lucretius libro sexto. Sollicitæ porro plenæque sonoribus aures.	Supinum
Festus	Supum dixerunt antiqui: quod nunc supinum dicimus / ut scribit Festus.	Sparus
Virgilius	Sparus masculino / & sparum neutro genere / declinari potest. Virgilius libro	Sparum
	æneidos undecimo.	

Lucillius Agrestisq; manus armat sparus. Lucillius. Tum spara/tum runcices portan-
Festus tur. Festus. Spara/paruissimi generis sunt iacula. a spargendo dicta. Marcel-
Marcellus lus. Sparum/agreste taelum.

Caper Sexus huius sexus masculino/& sexus huius sexi neutro genere declinari potest. Sexus
Probus sicut uulgus pelagus/testibus Capro/Probo/Prisciano. Plautus in rudente.
Priscianus Virile sexus numq; ullum habui. Varro libro primo de analogia. Sexus/utrū
Plautus uirile/an muliebri/an neutrum sit. Dicit potest habitus/uel natura. Nam ab
Varro eō futuro indicatiui modo/quod est habeo/aspiratione in s mutata teste
Pōpeius Pompeio descendit.

Iuuenalis Sanna cum duplicato n scribitur:& narium/siue oris distorsio uocatur. Iuena Sanna
Perfius lis satyra sexta. I nunc/& dubita/qua sorbeat aera fanna. Transfertur tamen & Sannius
 per similitudinem ad alia. Perfius. Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ. Sannio
 Inde uenit sannius/& sannio: qui scilicet in dictis/motibus/& scænis/ fatuus Sannis
 est. Cicero libro secundo de oratore. Quid enim potius ridiculum / q̄ Sannitis
 sannio r Sannes cum unico n (primam enim corripit syllabam) mortui sangui-
Cicero nis est: tibi uero uiui/auctore Seruio. Virgilius libro æneidos octauo sanie/
Seruius taboq; fluentis. Sannis/& Sannitis in recto dici potest teste Prisciano/ qui &
Virgilius Næuium refert neutrum Sannite protulisse libro belli punici. Sannites/po-
Priscianus puli sunt Italici.

Næuius Sequester masculini/sequestris foeminini/sequestre neutri generis/& hic & hæc Sequester
Priscianus sequestris & hoc sequestre/& sequester sequestra sequestrum/teste Prisciano/
Virgilius declinari potest. Virgilius libro æneidos undecimo. Bis senos pepigere dies:
 & pace sequestra Per siluas Teucris/mixtiq; impūe Latini. Errauere iugis: hoc
Alconius est pace temporali/& media/inter bellum præteritum/& futurum. Nam se/
Seruius quester/auctoribus Alconio/& Seruio/medius est inter duos altercates: apd
Seruius quem ad tempus aliquid seponitur.

Virgilius Silua/teste Seruio non tantum arborum est: sed etiam hærbarum/dicente Vir
 gilio georgicorum primo. grandior ut subit aspera silua. Inde siluester ma-
Vgutio sculini/siluestre foeminini/siluestre neutri generis:& hic & hæc siluestris &
Caper hoc siluestre. Vgutio declinat etiam hic & hæc siluester.

Probus Socrus (etsi habet masculinū focer) cōis generis ē/testib⁹ Capro/Probo/Priscia Socrus
Priscianus no. Accius in Actæo. Simul & pisæa præmia ereptæa socru possedit suo. Socer
Accius Sanguen neutro genere/& sanguis masculino/declinari pōr. Ennius analiū. ii.
Ennius O sanguen diis oriundum. Lucretius libro primo. Visceribus uiscus gigni/sā
Lucretius guenq; creari. Sanguen facit in genitio sanguinis: sanguis uero/secundū ana
Seruius logiam sanguis in genitio format: quod & ueteres/teste Seruio protulerūt.
 Quod & p cōpositis pater exanguis. Sed hæc declinatio ab usu cessit.

Priscianus September/& septembris in recto antiqui protulerunt teste Prisciano. September
Priscianus Schema huius schematis cum ch aspirato/& hoc schematum/teste Prisciano/
 declinari potest. Simili quoq; modo/ emblema/& emblematum: toreuma/
 toreumatum: peripetasma/peripetasmatum: epigramma/epigrammatum:
Celfus glaucoma/glaucomatum: poema/poematum. Quod & Cornelius Celfus tra
Sergius dit:& in Donatum Sergius:& in dictione poematorum confirmat Marcel-
Marcellus lus. Sed & hæc schema huius schemæ comperitur. Vnde Plautus ait in Persa.
Plautus Lepida cum decora schema. Cultus dicitur/uel ornatus.

Vgutio Siligo cū i latino utrobicq; & unico l scribitur. Neq; a seligēdo deducitur/ut cum Siligo
Priscianus Catholico somniauit Vgutio: sed a σιλιγγιον qd Græci dicūt. Priscianus li.
Plautus septimo maguderim interpretatus ē/Plautū inducēs in rudente dicentē. Seu ti
 bi cōfidis fore multā maguderim: id est (ut ait) frugis genus: hoc ē caulis q na-
Plinius scitur ex ea parte cuius radix scyrpis auellitur: uel potius (ut alii dicūt) siliginē.
 Hæc Priscianus. Plinius. Siligo uero nunq; maturescit pariter: nec ulla segetū
 minus dilationē patitur/propter teneritatē/iis quæ maturuete granū dimittit
Iuuenalis tentibus. Sed minus q̄ cætera frumēta in stypula periclitatur: quoniā semper
 habet rectā spicā: nec rorem continet/q̄ rubiginē faciat. Iuuenalis satyra. v.
 Sed tener/& niueus/molliq; siligine factus/
 Seruatur domino. Genus est tritici: ut ex uerbis Plinii patere potest.

Marcellus Suauitudo & suauitas i una significatiōe accipi possūt testibus Marcellō & Gel
 Gellius lio li. xiii. noctiū atticarū. Plautus in bacchidibus. Cor meum / spes mea / mel
 Plautus meū / suauitudo / cybus / gaudiū. Suauium aut uoluptatis ē / testibus Seruio &
 Seruius Donato. Terentius. O Thais mea meum suauium. Inde uenit suauior suauia
 Donatus ris deponēs uerbū. Catullus ad Veraniū. Iucundum os / oculosq; suauia bor.
 Terentius Sibilus cum i latino utrobicq; & unico lram quarta / q̄ secunda declinatione
 Catullus declinari potest / teste Prisciano / Sifennam inducente dicentem libro historia
 Priscianus rum. xii. Procul sibilā significare cōsuli cōepit / pro sibilō. Sibilus (ut tradit Pho
 Sifenna cas) in singulari masculini generis est: in plurali uero / neutri. Sed & masculi
 Phocas ni comperitur. Vnde Hieronymus in libro Iudicum capitulo. v. ait. Quare
 Hierōymus habitas inter duos terminos / ut audias sibilos gregum? Seruius aut super bu
 Seruius colica / sibilus (inquit) est ipsa res: sibilā uero / ora. Virgilius. Nam neq; me tā
 Virgilius tum uenientis sibilus austru. Lucanus libro nono. Cerberus Orpheo leniuit si
 Lucanus bila cantu: id est ora. Sed & pro re ipsa / sibilā usurpauit Ouidius quom dixit
 Ouidius libro metamor. iiii. pars circum pectora lapsæ Sibilā dant / sanieq; uomūt /
 Seruius linguisq; coruscant / scilicet colubræ. Sibilus sibilā sibilum / pro sibilans ponit
 Virgilius teste Seruio super librum secundum æneidos. Vnde & in georgicis Virgilius
 ait. Tollentēq; minas / & sibilā colla tumentem: id est sibilantia.
 Priscianus Sospes (etsi habet scemininum sospita) communis generis est / teste Prisciano. Sospes
 Ouidius Ouidius fastorum secundo. Sospita delubris dicitur aucta nouis. Sospes non
 Ennius tm q̄ seruatur / sed & q̄ seruat (quod Ennius Festo referēte usurpauit) dici pōt.
 Gellius Sermonor / & sermocinor / dici potest. Verum (ut tradit Gellius libro. xviii. no
 Sermonor etiam atticarum) sermonor rusticius uerbum uidetur / sed est rectius: sermoci
 nor uero rectius: sed corruptius est.
 Priscianus Solor solaris / commune uerbum est / testibus Prisciano & Gellio libro. xv. no
 Gellius ctium atticarum. Sed & solo solas ueteres protulerunt / teste Prisciano: unde
 Priscianus desolo desolas. Virgilius libro æneidos. xi. Vidimus ingentes & desolauimus
 Virgilius agros. Statius libro thæbaidos sexto. dilectas cui desolauimus urbes. Varro
 Status in Oedipo. Oedipus Athenas uenire dicebatur / qui consolaret.
 Varro Statuo statuis facit in præterito statuit: in supino statutum. Simile quoq; præte
 Statuo ritum / & supinum / format sisto transitium: sed neutrale / steti / absq; supino.
 Gellius Sto facit in præterito steti. Composita a sto stas / præteriti duplicatiōnem ser
 Ouidius uant: ut restiti / præstiti / perstiti / constiti / substiti / astiti / institi / destiti / obstiti. Ab
 sto autem / non abstiti modo / sed & absti facit / dicente Ouidio h. metamor.
 Priscianus undecio. Alcyone lachrymas / & quæ pars amouet / absti: nisi forte uelimus
 Brutus dicere / Ouidium syncopam fecisse. Horum autem a sto compositorum supi
 Arator na / antiqui uarie protulerunt / teste Prisciano. Brutus in epistolis. Occiso Ca
 Aemilius io Cesare postq̄ mare transierat / præstatum est. Arator. quod uota requirūt
 Stadius Præstaturus adest. Aemilius orator. Tempore astiturum / atq; petiturum me
 Lucanus esse. Statius libro thæbaidos septimo. Quæ sic orsa prior / spes ne obstatura
 Martialis pelaspis? Lucanus libro. ii. Constatura fides superum. Martialis. Constatura
 Seruius fuit Megalenses purpura centū. Nam si præstiturus / obstitura / uel constitura
 Virgilius legeretur. uersus stare non posset. Sto interprete Seruio / plura detinet signifi
 Virgilius cata. Stat / fixus est. Virgilius libro æneidos decimo. Stat sua cuiq; dies. Stat
 Virgilius adest. Virgilius libro æneidos quarto. Stat sonipes ac frena ferox. Stat positū
 Virgilius est. Virgilius libro æneidos. iiii. stant manibus aræ Cæruleis mæstæ uittis. Stat
 Virgilius plenum est. Virgilius. iam puluere cælum Stare uident. Stat / eminet. Virgili
 Virgilius us libro æneidos quinto. stat ferrea turris ad auras. Stat / placet. Virgilius.
 Virgilius Stat casus renouare omnes. Idem. Stat conferre manum. Stat / est. Virgilius li.
 Virgilius æneidos primo. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. Stat / horret. Vir
 Virgilius gilius. stant lumina flama.
 Virgilius Satyrus cum t exili / & y græco scribitur. Animal est: quod teste Plinio libro. v.
 Plinius naturalis historiæ / de homine nil præfert / q̄ figuram. Neq; a saturatura sa
 Vgutio turum descendit ut cum Catholico Vgutio somniauit. Hic a Hieronymo ita
 Hierōymus describitur. Ait. n. in uita Pauli. Ad quē scilicet Paulū cū pergeret beatus An
 tonius / uidit homūculū adūcis naribus / & fronte cornibus aspa: cui extrema

corporis in caprarū pedes desinebant. Et præmissio signo crucis/cū quisnam esset/interrogasset Antonius/respondisse fertur. Mortalis ego sum/unus ex accolis eremi: quos uano errore delusa gentilitas/faunos/satyrosq; & incubos appellat. Satyra eadem scriptura/a satyris dicta est/dicente Donato in prologo super Terentiū. Deinde aliud genus fabulæ/ideest satyra sumpsit ex ordium: quæ a satyris/quos illotos semper/ac petulantes esse legimus/uocata est: etsi aliunde nomē nonnulli traxisse prauē putant. Hæc ille. Satyros autē (ut refert Macrobius) a σατυρ/ quæ est mentula/nonnulli appellatos opinantur: q; scilicet in libidinem proni sint. Sed scriptura etiam apud Græcos non consentit: quia apud illos cum t exili/ & y græco satyrus scribitur/ ut superius ostendimus. Sunt autē satyri/dii siluarum. De fabula/personisq; intellexisse uidetur Horatius in arte poetica/quom ait. Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum/Mox etiam agrestes satyros nudauit. Idem. Verum ita luxores/ ita cōmēdare dicaces. Cōueniet satyros/ita uertere seria ludo. Varro a quodā genere farciminis/quod multis rebus resciebat/satyram dictam tradit. Vnde in secundo libro Plautinarum quæstionū habet. Satyra/est uua passa & polenta/ & nuclei pinei ex musto conspersi. Alii a satyra lance/quæ referta uariis/multisq; primitiis/in sacrificiis Cereris inferebatur/dictam uolunt. Alii uero (inter quos Pompeius) a lege satyra/multis aliis cōferta legibus / dictam existimant. Huius legis satyræ meminit Lucilius libro primo/quom ait. Per satyram ædilem factum qui legibus ulnat. Et Salustius in Iugurtha. Dein de quasi per satyram sententiis exquisitis in deditio nem accipitur. Alii a fati ritate satyram quasi faturam uocatā putant. Sed tunc cū i latino scribi fatira deberet: quod a nemine obseruatur. Satyrarum autē duo sunt genera. Primū non sola carminum uarietate mixtū/ ut Quintilianus tradit. In quo quidem carminis genere/ auctoribus Laertio/ & Apulegio/ apud Græcos demetrius quidam poeta claruit. Altera uero satyra (ut Diomedes ait) maledicū carmen est/ & ad carpenda hominum uitia/archææ comœdiæ character e compositū: quale scripserunt Lucilius/Horatius/Perseus.

Syria cum y græco in prima syllaba/ regio est Asiæ: cuius populi Syri/ & Syrii/ uocati sunt. Lucanus libro septimo. Istis parce precor: uiuant Galatæq; Syriq;. Hi & Assyrii appellantur/ teste Iustino libro primo. Ab aliis tamen/ quadripartita sit diuisio: in Syrios uidelicet: Assyrios: Leucosyrios: Cœlesyrios. Siri⁹ cum i latino utrobisq; stella est in ore cælestis canis posita/ teste Seruio: uel (ut alii uolunt) in fronte canis. Neq; a Syria deriuatur/ ut cum Catholico somnia uit Vgutio. Nam Syria cum y græco/ primam corripit syllabā: siri⁹ cū i latino/ illam producit. Lucanus libro decimo. rapidus qua siri⁹ ignes Exerit. Sed neq; a σῦρος/ quod est traho/ descendit/ ut nonnulli uoluerunt: quia tunc cum y græco scribi siri⁹ oporteret. Cuius etymologia nequaquā conueniens est: nec apud Græcos scriptura obseruatur: ut cū y græco apud illos scribatur. Neq; a ἡρπύριον/ quod est sicco/ deducitur/ ut Tortellius tradit: quia tunc cū x in initio/ sequente e/ xerius a nostris transferretur: quod nusq; lectum est. Siri⁹ ergo/ a σῆριον/ quod est luceo/ uel splendeo trahitur: ubi & etymologia/ & scriptura conueniūt. Scyros cum c exili post l/ & y græco/ insula est una ex cycladibus/ in mari Aegæo/ & eodem nomine urbs in ea/ teste Ptolemæo: cuius prima syllaba (ut dixit Strabo libro nono) producta est apud Græcos: quod etiam nostri obseruauere poetæ. Inde fit scyrius scyria scyrium. Propertius. Scyria nec uiduo Deidamia uiro. Ouidius heroidū. Sæpe malis stupeo: rerumq; oblita/ lociq; Ignara tetigi Scyria membra manu. Sciron cum c exili/ & i latino/ uentus est: qui ab Atheniensibus caurus uocatur: quia spirat a faxis/ quæ Sciron latro incoluit: quem Theseus interfecit. De quo latrone meminuit Statius li. xii. thæbaidos dicēs. Cercyōa/ & sæuū uelles Scirona crematū. Sapius Sapii facit in præterito sapiui/ testibus Aspro/ Charisio/ Phoca: in supino Sapium pī syllaba proudēta: uel secundū Varronem sapii: quod & Diomedes comprobat: uel (ut Probus tradit) sapiui: in supino Sapium correpta pī syllaba. Caper uero/ utrobisq; in usu esse dixit. Idide sensisse uidetur Priscianus:

Donatus

Macrobius

Horatius

Horatius
Varro

Pompeius
Lucilius
Salustius

Quintiliāus
Laertius
Apulegius
Diomedes

Lucanus
Iustinus

Seruius
Vgutio
Lucanus

Tortellius

Ptolemæus
Strabo
Propertius
Ouidius

Statius

Asper
Charisius
Phocas
Varro

Syria
Syri
Syrii
Siri⁹
Scyros
Scyrius
Sciron

Diomedes quod etiā confirmat Marcellus/dicens. Sapiui pro sapii/uel sapi ponitur.
 Probus Næuius in uirgine. Ego plus sapiui/qui fullonē compressi quinquatribus
 Caper Martialis. Nubere uis Prisco/non miror/Paula sapisti. Quod uerbum/si cū
 Priscianus re componitur/quartæ fit coniugationis. Nam respire dicimus/que respere.
 Marcellus Construitur autem cum accusatiuo: ut iste cybus bonum sapit odorem. aliqui
 Næuius ablatiio iungitur: & nonnunq̄ genitiuo: ut est apud Plautū in epidico. des/
 Martialis piebam mentis/quom illa scripta mitterem/pro mente.
 Plantus Sepelio sepelis cum unico p/ & unico l (primam enim syllabam/ & secundā cor
 Priscianus ripit) facit in præterito sepeliui: in supino sepultū: & secundū analogiam se/
 Cato pelitum/ teste Prisciano. Vnde Cato in Thermum/ ait. Mortuus ē: & sepelitus.
 Hieronymus Sodomā huius Sodomæ/ & Sodomum: & sodoma neutro genere plurali tm̄
 Sodoma
 Sodomū
 Solinus numero declinari pōt: sicut Bactra: Megara: Susa. Hieronymus in genesi ca.
 xxiii. Quæ uniuersa irrigabatur/ anteq̄ subuerteret dominus Sodomā/ & Go
 morram. Et in eodem capitulo. Lot uero moratus est in oppidis/ quæ erant
 circa Iordanem: & habitauit in Sodomis. Solinus de situ Iudææ. Ibi duo op/
 pida: unum Sodomum/ alterum Gomorrum nominatum. Oppidum fuit
 Iudææ/ diuino summersum iudicio/ ut sacræ scripturæ attestantur.
 Salamis/ & Salamin/ in recto/ & Salamina ab accusatiio græco formata/ decli
 Salamis
 Salamin
 Salamina
 Stadius nari potest. Stadius libro thæbaidos. xii. Hos Salamis populos/ illos cerealis
 Iuuenalis eleusin. Iuuenalis satyra decima. Ille tamen qualis rediit Salamine relicta.
 Virgilius Virgilius. Laomedontiadem primum Salamina petentem. Accusatiuus græ
 Quintiliāus cus est. Quintilianus libro sexto. Neq̄ est ignobile exemplū Megarios Athe
 niēsis/ cū de Salamina contenderent/ uictos Homeri uersu. Insula ē Pelo/
 Ptolemæus pōneso adiacens/ teste Ptolemæo/ urbem sui nominis retinens/ in qua Tela
 mon pater Aiacis/ & Teucris/ regnauit. Sed cum reuerte retur Teucer a bel/
 Iustinus lo Troiano/ nec de inimicis Aiacis/ teste Iustio/ uultus fuisset/ a patre expulsus/
 Cyprum perrexit/ ibiq̄ ciuitatem condidit/ quam & Salaminam uocauit/ de
 Horatius qua Horatius in primo carminum. Nil desperandū Teucro duce/ & auspice
 Teucro: Certus enim promisit Apollo/ Ambiguam tellure nouam Salamiā
 Petrus futuram. Petrus Riga in actibus apostolicis. Ad Cyprum tendunt/ post itra
 tes Salaminam.
 Virgilius Supero superas accusatiio iungitur: & significat uincere. Virgilius in bucolicis.
 Virgilius Quod si idem certet Phœbum superare canendo. Superat/ occidit. Virgilius
 Virgilius libro æneidos. Clam ferro incautum superat. Superat/ ascendit. Virgilius ge/
 Virgilius orgicon li. iii. superant montes/ & flumina tranant. Superat/ superest. Virgi
 Virgilius lius libro tertio æneidos. Quid puer Ascanius/ superat ne/ & uescitur aura
 Aetherea/ Superat/ abundat. Virgilius georgicorum primo. Si superat fœ
 tus/ pariter frumenta sequentur. In his duobus significatis/ absolutū est.
 Marcellus Seco secas facit in præterito secui: in supino sectum. Reseco tamen/ facit in præ
 reuel excidere: & nonnunq̄ pro sequor ponitur/ teste Marcello/ dicente Vir/
 Virgilius gilio libro. x. æneidos. Quæcunq̄ est fortuna hodie quā quisq̄ secat spem:
 Marcellus idest sequitur. Ab huius uerbi supino sectum/ fit sector deponens uerbū/ te
 Priscianus ste eodem Marcello: non autem a supino secutū a sequor/ u detracta littera/
 ut putat Priscianus. Et a seco pro sequor/ secta deriuatur: non aut a separo/ ut
 Vgutio Vgutio somniauit.
 Priscianus Sæpio sæpis facit in præterito sæpsi/ teste Prisciano: acēt sapiui/ auctoritate di
 Hieronymus ui Hieronymi/ in Hefaiā cap. v. dicētis. Sæpiuit eam: & lapides elegit ex ea. Sæpio
 Et cū æ diphthōgo apud antiquos anotarī cōsueuit: sicut Pætus: tæter tætra
 tætrū: & nōnulla alia: quos quidē inuitari/ operæ precium est.
 Sardonyx cū y græco/ facit in genitiuo sardonichis cū ch aspirato: sicut onyx
 Sardonyx
 Sardony
 chus
 Sardony
 chatus
 Iuuenalis huius onychis/ a quo cōponitur: ut regula tradit græca. Et tam masculini/ q̄
 Perlius fœminini generis est. Iuuenalis. In manibus densi radiant testudine tota Sar
 donyches. Perlius. Et natalicia tandem cū sardoniche/ albus. Era genitiuo
 Iuuenalis græco Τοῦ σάρδονυχος/ nostri etiam hic sardonichus dixerūt. Iuuenalis
 satyra. xiii. Arguit ipsorum/ quos littera gemmaq̄ princeps

	Sardonychus. Lapis est preciosus quo fit sardonichatus sardonichata fardonychatum. Martialis. Cuius & hinc lucet sardonichata manus. Sardonyx item eadem litteratura/mons est Indiae/ teste Ptolemaeo.	
Martialis		
Ptolemaeus	Sarpedon/ facit in genituo sarpedontis/ & sarpedonis/ dicente Virgilio libro aeneidos nono. Thabana de matre nothū Sarpedonis alti. Fuit filius Iouis.	Sarpedon
Virgilius		
Ptolemaeus	Est & eodem nomine urbs Ciliciae/ teste Ptolemaeo.	
Hieronymus	Seraphim cum m in fine/ tam neutri/ q̄ masculini generis est. Hieronymus in epistola ad Furiam de uirginitate seruanda. Hæc sunt duo seraphim/ ter glorificantia trinitatē/ & in thesauro ecclesie condita. Seraphim cū n in fine pluralis tantum numeri/ neutro genere usurpatur. Vnde canit ecclesia. Ac beata seraphim socia exultatione concelebrant/ pro choro hic intelligas angelorū. Seraphis/ & Serapis (utroq; enim modo scribitur) Deus quidam uocatus est/ qui & Osiris dicitur/ ut super regulam/ A super p breuis in medijs syllabis/ uidebimus libro ultimo.	Seraphim Seraphim Seraphis Serapis
Martialis	Synthesis cum y græco in prima syllaba/ & th aspirato/ dici potest compositio. Et est genus uestis/ de qua Martialis. De nostra prasina synthesis empta toga.	Synthesis Synchylis
Stadius	Synthesis item uasis est genus/ de quo Stadius libro quarto siluarum. Aut unam dare synthesis quid horres Alborum calicum/ atq; cacaborum	
Donatus	Synthesis cum y græco in prima/ & media syllaba/ & ch aspirato/ figura ē loutionis/ hyperbaton scilicet undiq; confusum/ teste Donato.	
Macrobius	Sylla cum y græco/ & duplicato/ nobilis fuit Romanus/ qui antea Sibylla uocabatur/ teste in saturnalijs Macrobio/ dicente Papinio libro siluarum. iiii.	Sylla Sybilla
Papinius	conuiuia Sybillæ Cœnabat semper. Sylia cum y græco/ & unico/ mons ē Lucantæ/ & silua in illo/ de quo Virgilius libro aeneidos. xii. meminit/ dicens.	Syla Scyla
Virgilius	Ac uelut ingenti Sylia/ summo Taburno. Scyla cum cexili/ & y græco/ & unico/ teste Tortellio pluralis tantum numeri/ spolia dicuntur. Græci tamē etiam σκυλαρ singularē pronūtiāt. Singularis autē numeri Scyla eadē litteratura/ proprium fuit nomen regis Scytharum/ teste Herodoto libro quarto.	Scylla Scyllus Scilla
Tortellius	Scylla cum cexili/ & y græco/ & duplicato/ fuit duarū mulierū nomē/ unius quidem Phorci filia/ teste Seruio super librū tertiu aeneidos/ de qua Ouidius libro metamor. xiiii. Sospite q̄ Scylla nostri mutantur amores. Altera fuit Nisi Megarensium regis filia/ cuius historiam/ libro octauo metamor. Ouidius pertractauit. Scylus cū cexili/ & y græco/ & unico/ frater fuit Dipeli. Scilla cum cexili/ & i latino/ & duplicato/ scribitur/ nō autē cum y græco immedia te post/ & unico/ hac uidelicet scriptura sylia/ ut scribi præcipit Tortellius.	Cilla Sila Silus Silo Silenus Scilurus Silurus Silerus Siler Cyllarus
Herodotus	Nam in Theocrito uetustissimo ita scriptum legi edyllio quinto. σκυλαρ σιωρ γραιαρ & πό σαματος αυτικα τιλλοισ. Genus ē herbae/ quæ in Africa in agrorum limitibus ponitur/ teste Seruio super tertium georgicō/ de qua Virgilius li. præfato. Scyllamq; elleborosq; graues. Alii dicūt esse genus capræ. Est & eodem noie pisciculi genus. Martialis. Cæruleus nos Liris amat/ quem silua Maricæ Protegit/ hinc scillæ maxima turba sumus. Cilla cū c in initio/ & i latino/ & gemino/ urbs fuit in Aetolia. Sila cum i latino/ & unico/ galea dicitur. Silus eadem scriptura/ nasus sursum uersus uocatur. Silo eadem scriptura/ is appellatur/ qui supercilijs prominātibus est/ & a Sileno/ qui hirsutis supercilijs fingebatur/ deductū uocabulū est/ testibus Marcello/ & Varrone. Silenus autē Bacchi nutricius fuit/ de quo Ouidi. li. primo de arte. Ebrus ecce senex pando Silenus a fello. Scilurus cum cexili/ & i latino/ & unico/ proprium fuit uiri nomen/ qui teste Plutarcho/ octoginta filios masculos habuit. Silurus cū i latino/ & unico/ genus est piscis. Iuuenalis satyra. iiii. Vædere municipes fracta de merce siluros. Silerus cum i latino/ & unico/ & Siler/ in recto declinari potest. Fluius est picentinarum/ iuxta Salernū decurrens/ dicente Lucano libro secundo. radensq; Salerni Tecta Siler. Columella libro. xi. nitreoq; Siler qui defluit amni. Sylius libro octauo. Nunc Silerus quo nutrit aquis. Virgilius georgicorum tertio. Est lucos Sileri circa. Neutri autem generis siler/ arbuscula est/ ut apud Virgilium. Molle siler/ quam & salicem uocant. Cyllarus cū cexili in initio/ & y græco/	
Seruius		
Virgilius		
Martialis		
Marcellus		
Varro		
Ouidius		
Plutarchus		
Iuuenalis		
Lucanus		
Columella		
Sylius		
Virgilius		
Virgilius		

Virgilius & geminato l-nomē fuit equi Castoris: de quo Virgilius georgicon tertio. Talis Amychlæi domitus pollucis habentis Cyllarus: & quorum Grai meminere pœtæ.

Acron Sagma huius sagramatis neutro: & hæc sagma huius sagramæ fœminino genere declinari potest: quo scilicet genere protulit Acron exponens illud Horatii sermone quinto: clitellas tpe ponunt: id est (ut ait) sagramas: hoc est fellas: quas uulgus bastos appellat. Sed & p sarcina ponitur.

Siren huius sirenis cum i latino & hæc sirena ab accusatiuo græco formata in recto declinari potest: & ab σπειν/ quod connectere significat / uel retinere / descendit. Sunt tamē qui a συρῶ quod est traho / deductū uocabulum putant. Sed tūc cum y græco scribi syren oporteret: sed græci σειρην scribunt: quod a συρῶ deriuari nō potest. Alii a σειρᾶ quæ est cathæna / eo q̄ libidinis uinculum siren fuerint / dici uolunt. Monstrū est marinum: quod dulcedine sui cātus allectos nautas summergi facit. Fuerunt autē Sirenes / tres Acheoli fluminis filia: ex Calliope musa / ut pœtæ dicūt. Virgilius libro aeneidos. v. Ianq; adeo scopulos sirenū aduecta subibat. Hieronymus in fine prologi i Ioseph. Et nos ad patriam festinantes / mortiferos sirenarum cantus / surda debemus aure trāsire.

Syrinx huius syringis cū y græco in prima syllaba / & hæc syringa ab 'accusatiuo græco formata / declinari in recto potest. Nympha quædā fuit in canā conuersa. Ouidius libro metamorphose. primo. Naias una fuit: nymphae syringa uocabant. A nostris fistula transsetur. Sophronium / & hæc Sophronia / declinari potest. Propriū fuit mulieris nomē. Priscianus Syrma huius syrmatum cum y græco / & hæc syrma huius syrmae / declinari potest teste Prisciano. Genus est uestis tragicorū / ut quidam uolūt. Alii dicūt esse cadam / siue tractū uestis fœminarū. Martialis. Aprasti lōgū tu quoq; syrma tibi. Seneca de Baccho. Auro decorū syrma barbaricū trahit. Valerius in phormione. Quid hic cū tragicis uersis / & syrma facis / pro syrmate: uersis pro uersibus / ut in ipsa dictione uidebimus.

Syrax cū t exili / & y græco / genus est aromatis. Neq; a stiria descendit / ut cum Catholico Vgutio somniauit. Plinius li. xii. naturalis historiae. Arabes ex Syria reuehūt styracē acri odore. Hieronymus in ecclesiastico capi. xxiii. Et quasi styrax / & galbanus / & unguis / & gutta. Sunt tñ / qui ibi storax legūt.

Struthius cū t exili in prima / & th aspirato in secunda syllaba / sequente i latino / & pro fœmina ēt hæc struthio / declinari potest. Auis est grandis / corpore graui. Hieronymus in Iob capi. xxviii. Pēna struthionis / simis est pēnis erodit / & accipitris. Quando dereliquit oua sua in terra / tu forsitan in puluere calefacies ea. Obliscitur / q̄ pes cōculcet ea / aut bestia agri cōterat. Durat ad filios suos / quasi non sint sui. Frustra laborauit / nullo timore cogente. Priuauit enim Deus eam sapiētia: nec dedit illi intelligentiam.

Scorpius & scorpio / dici potest. Verū (ut Caper tradit) scorpius animal est: scorpio uero / res bellica. Compit tamē & scorpio / pro animali. Vnde in euangelio Lucae legitur capi. x. Ecce dedi uobis p̄tatem calcadi super serpētes / & scorpiones: & super oēm uirtutem. inimici. Græcū est uocabulū. Neq; ab arcu / uel harpæ / uel scorto deducitur / ut somniabūdus tradit Vgutio.

Strongylos huius strongyli cū y græco & unico l / & Strongyle huius strongyles / declinari potest. Insula est in mari Tyrrheno / nūc Naxos / antea uero / Dia uocata. Quo eam nōie Strabo appellat / & Ouidius / quom ait. Qua breuis æquoreis Dia feritur aquis. Sylius li. xiiii. Mille Agathina dedit / perflataq; Strongylos austris. Plinius. Strongyle / a Lipari mille passus ad exortum solis uergens. Strongylus eadē scriptura / mōs est Carmaniae / ut Ptolemæus ostendit.

Scapha cū c exili / genus ē nauiculæ / a σκαφῆ / quod est cauo / sic dicta: nō autem ab ea / quæ est scopa / ut cum Catholico Vgutio somniauit.

Scaphium cū c exili / & i latino / genus est uasis concaui: in quo cacare / & meire cōsueuēt. Neq; a scido scindis deducit: ut cū Catholico somniauit Vgutio.

Sagma
Siren
Syrinx
Syringa
Sophroniū
Sophronia
Syrma
Styrax
Struthio
Scorpius
Scorpio
Strongylos
Strongyle
Strongilus
Scapha
Scaphium

Martialis	Sed a μαρτινίω / quod est cauo / descendit. Martialis. Te potare decet gemma qui mentora frangis In scaphium mœchæ Sardanapale tuæ.	
Donatus	Sestertius masculino / & sestertium neutro genere declinari potest: & diminuti ue sestertiolus / & sestertiolū / penultima correpta syllaba. Donatus sup phor mionem Terentii. Merito ergo / non p singulos sestertios neq; per singulos	Sestertius Sestertium Sestertiolus Sestertiolū
Martialis Martialis	denarios / neq; per singulos asses. Martialis. Sola tibi fuerat sestertia Melice cē tum. Idem. Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo. Genus est ponderis / uel nummi. Est et sestertiū genus ueli triplici licio / ita textū ut tertiū filiū duo / bus impar fit. Suetonius in Augusto. ita ut in extremis spaciis subsulum decu reret / sestertio / uel lodicula iuolutus.	
Suetonius Diomedes	Scalæ plurali tm̄ numero declinat / testibus Diomede / Varrōe de lingua latina /	Scalæ Scala
Varro Donatus Phocas Salustius Quintiliāus Hierōymus	Donato / Phoca. Salustius in Iugurta. Deinde ubi unæ / atq; alteræ / scalæ / cō iūctæ sunt. Et licet Quintilianus dicat / singulari numero scala / pferre / barba / rismum esse. Hieronymus tm̄ singulari numero usurpauit / quom dixit / gene si capi. xxviii. Viditq; in somniis scalā stātem super terrā: & cacumen eius tan / gens cælum: & angelos quoq; dei ascendentes / & descendētes per eam: & do minum inixum scalæ / dicentem sibi.	
Virgilius Virgilius Catullus Hierōymus	Sedeo sedes secūda cōiugatiōis est: & primam corripit syllabā: Sido fides tertiæ p̄mam producit. Virgilius li. æneidos. vii. paruq; sedebat Succintus trabea. Idem li. æneidos. v. Confidunt transtris / intentaq; brachia remis. Catullus. Troicaq; obsidens longinquo mœnia bello. Hæc & si neutralia sint / i tertia ta men persona / passiuè proferuntur. Hieronymus in li. tertio regum capi. vii. Et domuncula in qua sedebatur ad iudicandum / erat in media porticu / simili ope. Statius li. thæbaidos. ii. fumisq; ifidit astris. A scedeo fit ifideor deponēs.	Sedeo Sido Insidiōr
Statius Aufonius	Sæpes a sapiō / & seps / in recto dici potest / fœminino genere. Aufonius. Bucoli co sæpes dixit Maro: cur Cicero seps / masculini aut generis seps absq; diph / thongo / paruus est serpens / a σιππῶ / quod est putrefacio / sic dictus. Nam oē quicqd̄ momorderit / resoluitur in putredinem / dicēte Lucano. Ossaq; disoluens cū corpore tabificus seps. Neq; a sapiō sapiis descendit / ut cum Catholico Vgutio somniauit.	Sæpes Seps
Lucanus Vgutio Persius Iuuenalis	Sorbeo sorbes secūda cōiugatiōis / & sorbo sorbis tertia / declinari potest. Per sius. & anticyras melior sorbere meracas. Iuuenalis. Sorbere & ante cybū qd̄ debeat aut pater / aut rex. Sorbeo sorbes in præterito facit sorbui: in supino sorbitum. Sorbo autem / format præteritū sorpsi: supinum sorptum / testibus Prisciano / & Probo.	Sorbeo Sorbo
Priscianus Probus	Sorbitio / & sorbities / in uno significato accipi possunt. Et format sorbities / di minutiue sorbicicula: non aut sorbiciuncula / ut somniauit Vgutio. Nam sor bitiuncula / ab ea / quæ est sorbitio / per diminutionem fit.	Sorbitio Sorbities Sorbicicula
Marcellus Plautus Diomedes Donatus Priscianus Ouidius Virgilius Priscianus Iuuenalis Cato Terētius Varro Papias	Scalpo scalpis / & scalpurio scalpuris dici p̄t / teste Marcello. Plautus i aularia. Vbi erat hæc defossa / ocepit ibi scalpurre unguis. Silex huius silicis cum i latino / & unco / masculini / & fœmini generis est / testis bus Diomede / Donato / Prisciano. Ouidius li. metamor. vii. Aut ubi terrena silices fornace soluti. Virgilius libro æneidos. vii. Stabat acuta silex præcisus undiq; saxis. Dictus ē silex / q; de eo ignis saliat. Supellex cū unico p / & duplicato / & hæc supellectilis / declinari i recto potest / teste Prisciano: & primā corripit syllabam. Iuuenalis. Tales ergo cybi / qua / lis domus / atq; supellex. Cato aduersus Tyberii Sempronii. Si posset auctio fieri de actibus suis / quasi supellectilis solet. In ablatiuo singulari facit supelle ctile / uel supellectili. Terētius i phormione. Tum pluscula supellectile opus est. Varro libro secundo de analogia. Sæpe itaq; ex eadem supellectili licet ui dere. Papias dicit posse declinari etiam hoc supellectile. Nā & plurali nume / ro supellectilia dicimus.	la Sorbitiū la Scalpo Scapurio Silex Supellex Supellecti lis Supellectile
Virgilius Virgilius	Stratus huius stratus / & hoc stratum / declinari potest / dicente Virgilio. Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit. Suffragor suffragaris fra syllabam producit. Virgilius i Priapea.	Stratus Stratum Suffragor

Iuuenalis
 Lucanus
 Ouidius
 Marcellus
 Ennius
 Varro
 Cato
 Vgutio
 Terentius
 Hieronymus
 Polux
 Aristoteles
 Cicero
 Quintilianus
 Plautus
 Hieronymus
 Hieronymus
 Plinius
 Ptolemæus
 Ouidius
 Iuuenalis
 Apuleius
 Virgilius
 Martialis
 Seruius
 Virgilius
 Virgilius
 Martialis
 Hieronymus
 Seruius
 Virgilius
 Cicero
 Coelius
 Salustius
 Seneca

Copia me perdit: tu suffragare rogatus. Inde uenit suffragium / fra syllaba pa
 ri mdo producta. Iuuenalis. Libera si datur populo suffragia / qui tam. Luca
 nus. Et nō ad missæ dirimat suffragia plebis. Suffragium autem a frango frā
 gis / fra syllabam corripit. Ouidius qui de nuce inscribitur.
 Quid nisi suffragium nimbis ruitantibus essem?
 Sacrificio sacrificas & sacrificor deponens / teste Marcello usurpatur. Ennius. Sic
 nos ille suos diis sacrificare pueros. Varro rerū diuinarū libro quarto. Viri
 nuptis sacrificabantur in cubiculo uiduæ. Cato de liberis educandis. Quom
 primoribus initiarent de potione pueros sacrificabantur.
 Symbolum cum y græco / neutro genere & hæc symbola sceminino / declinari
 potest. Neq; ab eo qui est bolus / deducitur / ut Mammætractus tradit / & cum
 Catholico Vgutio sōniauit. Sed a συμβολω / quod est confero / deriuat.
 Vnde quidam collationem interpretati sunt: ita ut cœna illa dicatur collatō
 in quam cōparandā plures aliquid contulerunt. Nam laus symbolæ / colla
 tio est. Terentius in Andria. Symbolum dedit. Hieronymus in parabolis capi
 tulo. xxiii. Noli esse i cōiuiuis potatorū: nec in comessationibus eorum / qui
 carnes ad uescendum cōferunt: quia uacātes potibus & dantes symbola / con
 sumuntur. Symbolum item / teste Poluce / paruū erat numisma. Vnde & a nō
 nullis signum traducitur: a quo / sit eusymbolum: quod bonum omen inter
 tatur. At uero Aristoteles / symbolum originem / hoc est etymologiam uoca
 bulorum appellat: per quam scilicet / uis uerbi / uel nois / per interpretationē
 cognoscitur. Cicero autē / symbolum notam traduxit. Alii similitudinem trā
 ferunt: Quod etiā libro primo. Quintilianus tradit. Symbola item / dici po
 test congressio / prælium / uel consiliū.
 Socius & socienus in uno significato dici potest. Plautus in aularia. Atq; illi so
 cieno tuo iterstringam gullā. Socia facit in datiuo plurali / & ablatiuo / socii:
 sicut & socius. Hieronymus in epistola ad Susannam. Ad hæc respondet bea
 ta Tecla cum suis innumerabilibus sociis. Idem i libro Iudicum capi. xi. Cūq;
 filia abisset cum sociis / ac sodalibus suis / flebat uirginitatē suam in montibus.
 Sauromatæ / populi quidam sunt iuxta / danubium / in Mæotidem uergētes pa
 ludem: qui & Sarmatæ uocati sunt. Plinius li. quarto naturalis historię. Sa
 uromatas Scytharum gentes Græci uocant: quas Sarmatas Romani dicunt.
 Vnde horum regio Sarmatia etiam a Ptolemæo dicitur. Inde sarmatis huius
 farmatidis. Ouidius. Terreat haud manes Sarmatis umbra meos. Sed (ut di
 xi) ēt a latinis populi hi Sauromatæ appellantur. Iuuenalis satyra secunda.
 Ultra Sauromatas fugere hinc libet.
 Spælæum cum æ diphthongo in media syllaba scribitur / necnon & in prima / si
 Apuleio creditur / ea scilicet ratione / q̄ diximus i dictōe syncærus. Virgilius i
 bucolicis. Certum est in siluis / inter spælæa ferarum: id est spluncas.
 Supnus cum æ sequente pn / uel (ut alii uolunt) cum o sōnus scribi debet. Nam
 Græci ὑπνος dicūt: quod ēt ptulit Martialis / quom ait.
 Hypne quid expectas piger. imortale phalernum
 Funde. Latini autē / mutantes aspirationē in s / & y græcum i u / dicūt supnus.
 sicut Herpillon serpillū: hemis semis: hepta seprē: Somnus proprie (ut tradit
 Seruius) est ipse deus: ut est apud Virgilium li. æneidos. v. Cum leuis æthere
 is delapsus somnus ab astris. Vocatur tamen & sōnus / quom dormimus. Vir
 gilius geor. tertio. nec somnos abrumpit cura quietos. Martialis. Dat tibi se
 curos uilis tegeticula somnos. Hoc somnium / illusio dicitur / quam dormien
 do patimur / dicēte Hieronymo i epistola ad Eustochium. Nec uere sopor ille
 fuerat: nec uana somnia / qbus sæpe deludimur. Sed & pro somno ponitur /
 teste Seruio. Vnde & Virgilius libro æneidos. v. ait. Te palinure petēs / tibi tri
 stia somnia portans: id est somnos. Somnus si componitur cum semis / secun
 di / & tertii ordinis est. Cicero i Verrem. Hic ēt cum semisōnus stuperet. Cœ
 lius in Antonium. Ipsum nanq; offendunt semisōno corpore profligatū. Sa
 lustius i Ingurtha. Signo dato / castra hostiū iuadūt / semisomnos partim / alios
 arma sumētes / fugēt. Seneca de breuitate uitæ. Quam multi hesternæ crapula

ist
 Suffragiū
 Sacrificio
 Sacrificor
 Symbolū
 Symbola
 Socius
 Socienus
 Socia
 Sauromatæ
 Sarmatæ
 Sarmatis
 Spælæum
 Splunca
 Supnus
 Supnium
 Semisupn⁹
 Semisupnis
 q :

	femifumnes/ & grauēs.	
Srruius	Spicus mafculino/ & fpica fœminino/ & fpicū neutro genere/ declinari pōt/ te	Spicus
Cicero	fte Sēruio ſuper primū georgicorum: ubi ait. Mafculini uſum/ i utroq; nume/ ro habemus: neutri uero/ in ſolo ſingulari/ & raro. Cicero in Arato. Spicum illuſtre ferens illuſtri corpore uirgo.	Spica Spicum
Pompeius	Sterilus ſecūda/ & ſterilis tertia declinatiōe/ declinari poſſe oſtēdit Pōpeius i di	Sterilus
Lucretius	ctiōe ſterilā/ pro ſterilē/ dicēte ēt Lucretio li. ſecūdo. Et ſonitu ſterila/ & ſuceo.	Sterilis
Prifciāus	Scobs huius ſcobis/ fœminini generis eſt/ teſte Prifciano. At uero Phocas/ mafcu	Scobs
Phocas	lino hic ſcobis declinari præcipit. Id eſt/ quod ab aliqua minutiffimū decidit/ dum uel per ferrā ſecatur/ uel p terebram pforatur. Sed & ex attritio ne laterū/ ſcobis habetur: qua frequēter ad metalla/ & pauimēta tergenda/ ſe	Scobina Scobis
Horatius	duli miniſtri utuntur. Vnde Horatius in ſermonibus ait.	Scrobs Scrobis
Virgilius	Vilibus in ſcopis/ in m appis/ in ſcobe quantus Conſiſtat ſumptus neglectis fla gitiū ingēs/ Ten lapides uarios lutulēta radere palma/ Virgilius in Priapea. Nemo uiderit hanc ut expuentem Quam pro ſanguine puluerem/ ſcobēq;.	
Varro	A ſcobe/ ſcobina deriuatur/ ſabrilē inſtrumētum: quæ anonnullis ēt ſcobis ap pellatur. Varro de lingua latina/ comici cuiuſdā uerba enarrans/ ſcobina (in quit) ego illum actutū arraſi: Scrobs huius ſcobis mafculini generis eſt/ teſti bus Probo/ & Seruio ſuper ſecūdum georgicon. Sed a Phoca/ hic ſcobis in recto declinatur. Prifcianus autē/ tam fœminini/ q̄ mafculini generis eſſe tra dit: quod & placet. Vñ & Lucanus li. octauo/ ait. Exigua trepidus poſſūt ſcro be: id eſt/ foſſa. Et Ouidius libro metamor. vi. Et procul aggeſta ſcrobis tel/ lure duabus. Mafculino autē genere protulit Plautus/ quom dixit in Amphitryone. Ibi ſcrobes effodi duplos.	
Probus	Sino ſinis facit in præterito ſui/ teſte Prifciano: ut eſt apud Terentium in adel	Sino
Seruius	phis. Quia uō ſciuit egeſtas. Diomedes autē dicit/ q̄ facit ēt ſini: q̄ & iducit Pu bliū dicentem de uita ſua. Quod ſi me inuitū abire ſiniſſet. Et Scaurus eodem	
Phocas	referente Diomede/ ait. Prædiū non ſini fieri.	
Prifcianus	Statua format per diminutionem ſtatucūlus/ teſte Donato in editione ſecun	Statua
Lucanus	da Diuus autē Hieronymus Donati diſcipulus/ hoc ſtaticulū a ſtatua forma	Staticulus
Ouidius	uit. Ait enim in trãſlatione homiliæ quintæ. Origenis ſuper pentateuchū. Sed	Staticulū
Plautus	uxor eius imemor pecepti/ retrorſum reſpicit: ipoſitam legem rupit: ſit ſta	Statio
Prifcianus	ticulū ſalis. Et paulo poſt. Memētote uxor ſis Lot. Quod autē ſit ſtaticulū ſalis/	Statiūcula
Terētius	iſipientiæ eius expoſitū uidetur iudiciū. Statio autē format diminutiue ſtatiū	
Diomedes	cula: ſicut ratio ratiūcula.	
Publius	Lucāus Santones/ Santoni/ Santonici/ populi qdā Galliæ/ dici poſſūt. Lucāus li. p̄mo.	Santones
Scaurus	Signa mouet/ guadetq; amoto Santonus hoſte. Iuuenalis.	Santoni
Donatus	Tempora Santonico uelas adoperta cucullo.	Santonici
Hierōymus	Lucāus Spurcicia/ & ſpurcicies/ i uno ſignificato dici poteſt. Lucanus li. vi. At cōtra/ nobis cœnum teterrima cū ſit Spurcicies/ eadem porcis hæc mūda uidetur.	Spurcicia Spurcicies
	Satrapa cū t exili/ uocabulū eſt Perſicum: & apud nos præfectū indicat. Neq; ex	Satrapa
	fatis/ & rapio cōponitur/ ut cū Catholico ſomniauit Vgutio.	
	Sceptrū cum c & t exilibus/ græcū ē: nā græci σκηπ̄ Τροπ̄ dicūt. Neq; a cepi præ	Seprū
	terito deriuatur/ ut cū Catholico Vgutio ſomniauit. Virga erat/ qua reges ute bantur in Iouis ſimilitudinem.	
	Sepia/ græca dictio eſt. Neq; a ſapio ſæpis deducitur/ ut cū Catholico ſoniauit	Sepia
	Vgutio. Genus ē piſcis/ teſte Plinio: ex quo atramētū quoddā cōficiſ. Perſius.	
	Nigra quod Inſuſa uaneſcat ſepia Lympha. Eſt etiā ſepia/ ſcopulus diuerſis i	
	locis iuxta Atheniēſiū litora/ teſte Herōdoto.	
	Scotonia cū c/ & t exilibus/ iſirmitas quædā eſt/ tenebroſitatē inducēs: unde	Scotonia
	& obtenebratio dici poteſt. Nam a σκο̄ Τουμᾱ/ quod eſt uertiginor descen	
	diti: nō autē a ſcuto/ ut cū Catholico Vgutio ſomniauit.	
	Siderites cū i latino utrobique/ & t exili/ genus quoddam eſt lapidis/ ferro ſimi	Siderites
	lis. Nam a σιδ̄ηρος/ quod eſt ferrū deducitur: non autē ab eo quod eſt ſydus/	
	ut cum Catholico ſoniauit Vgutio.	

Stadiū/græcū ē uocabulum:& latine curriculum trāsfertur. Est aut mille passuū
 Vgutio pars octaua. Neq; a sto stas deriuatur/ut cum Catholico Vgutio somniauit.
 Vgutio Sartago cū t exili/nō uenit ab ago agis/ut cum Catholico Vgutio somniauit:
 sed a Græco trahitur:& a nostris patella traducitur.
 Spongia a σπογγος quod Græci dicūt/deriuatur:non autem a spuma/ut cū
 Vgutio Catholico somniauit Vgutio.
 Siphon cum i latino/græca dictio est. Neq; a sibilo sibilas descendit/ut cum Ca-
 Vgutio tholico somniauit Vgutio. sunt aut siphones tubi/uel fistulæ/per quas/urgē
 Plinius te spiritu aqua/uel alius liquor emittitur. Plinius libro secūdo naturalis histo-
 riæ. De qua in sūma iuga erumpente/quo spiritu acta/& terræ pondere pres-
 sa/siphonū modo emicat. Alii dicūt a sono uocis/siphones dictos. Iuuenalis.
 Iuuenalis Effigiemq; deæ lōgis siphonibus implēt.
 Scutica cum e exili utrobicq; & t non aspirato/& i latino/nō uenit a scuto/ut cū
 Vgutio Catholico somniauit Vgutio. Nam scutum primam producit syllabam: ut ē
 Virgilius apud uirgiliū:& scuta latentia condunt. Scutica autē p̄mam corripit/dicente
 Persius Persio. Atq; hic quem ad strigiles scutica/& metus egit erilis. Dicta est autem
 Persius scutica ακυ τοσ/quod est corium. Est enim flagellum ex corio.
 Festus Sambucus/arbor est nota. Festus. Ebulus græce/sambucus latine. Neq; declina-
 Vgutio tur hæc sambuca/ut Vgutio/& Caiholicō uoluerunt. Lucillius li. xxvi. Atq;
 Serenus in foelix signum/sambucum uocant. Serenus autem primam huius dictionis
 Serenus syllabam corripit/absq; m fabucus/seribi posse innuit/quom ait. Conue-
 Lucillius niet teneræ radix decocta fabuci. Idem. Vngitur & succis dederit quos parua
 fabucus. Sambuca/genus est machinæ:qua urbes expugnari solent. Sambu-
 Satrabo ca item/genus ē istrumenti musici/barbarum Strabone teste uocabulum. Et i
 Persius utroq; significato/media syllaba producit. Persius satyra sexta.
 Sambucam citius caloni aptaueris alto.
 Lucretius Scateo scates secunda/& scato scatis tertia cōiugatione/declinari potest. Lucreti
 us libro. v. Et partim plano scatere atq; erumpere campo.
 Scandalum singulari numero neutri generis est:in plurali uero/tam masculini/
 Probus q̄ neutri/teste Probo. Quod quidem uocabulū/primum ab euangelio accep-
 Priscianus tum est:quod græci ēτ σκαυδ-αλου neutro genere proferunt.
 Propertius Sterno sternis facit i præterito strauit/teste Prisciano:qn ēτ & sternui. Propertius.
 Catullus Arduus argutum sternuit omen amor. Catullus.
 Dextra sternuit appellatione.
 Hierōym⁹ Scopo scopas prima & scopo scopis tertia coniugatione/declinari potest. Hic
 Psalmogra- ronymus in Hefaiā capitulo. xiiii. Et scopabo eam in scopa terens. Psalmo/
 phus graphus. Et scopebam spiritū meum. Scopo primæ cōiugationis facit i præ-
 terito scopauit/tertiæ autem scopsi.
 Alconius Sporta format per diminutiōem sportula/& sportella/teste Alconio.
 Prolemæ⁹ Sturnus/auis est nota. Sturni pluralis tñ numeri/opidum ē Calabriae/teste Pto-
 Prolemæus lemæo. Sturni item/populi sunt sub Vibionibus usq; ad Alaunos/ut idē Pto-
 Priscianus lemæus docet.
 Plautus Soteris cum t exili/& soterin/in recto declinari potest/teste Prisciano. Plautus
 in uitularia. Illic autē Soterinis est pater. propriū fuit mulieris nomen. Soter
 ēτ cum t exili/propriū fuit uiri nomen:& dici potest saluator.
 Seruus/& seruitium/in uno significato accipi possunt:sicut & pro officialibus/
 Salustius siue obsequia exhibentibus/officia dicimus:& pro ministris/ministeria:& p
 Horatius m̄cipibus/mancia. Salustius. Interea seruicia repudiabat:quorum in initio
 ad eum copiæ cōuenerāt. Seruicium tamen proprie est seruitus ipsa/uel serui-
 tutis actio. Horatius sermōe. xv.
 Cum tē seruicio lōgo/curaq; leuarit.
 Sacerdos/cōis generis ē:& format diminutiue sacerdotulus/& sacerdotula.
 Plautus Sors/& fortis/in recto declari pōt. Plautus in Casina. Vide ne qua illic isit alia
 Priscianus sortis sub aqua. Quod etiam Priscianus ānotauit.
 Priscianus Strabo/cōis generis est/teste Prisciano. Declinatur tamen & masculine hic stra-
 Marcellus bus/teste Marcello:& feminine hæc straba/ut idem tradit Priscianus. Neq; a

Stadium
 Sartago
 Spongia
 Siphon
 Scutica
 Sambucus
 Sabucus
 Sambuca
 Scateo
 Scato
 Scandalum
 Sterno
 Scopo
 Sporta
 Sportula
 Sportella
 Sturnus
 Sturni
 Soteris
 Soterin
 Soter
 Seruus
 Seruicium
 Sacerdos
 Sacerdotu-
 lus
 Sacerdotu-
 la
 Sors
 Sortis
 Strabo
 Strabus

